

---

L. S.

---

Aliam alii scribimus ob causam. Me neque gloriae concitabant stimuli, nec sperabam fore ut eximii possem aliquid proferre, quod propter utilitatem et ab hominibus nostris magno aestimaretur, nec posset delere

innumerabilis

Annorum series et fuga temporum:

séd qui

expedivit psittaco suum Χαῖρε

Picasque docuit verba nostra conari

Magister artis ingenique largitor

Venter, negatas artifex sequi voces,

etiam huius scriptionis auctor fuit atque verba mirum quantum adiuvit meque donavit civitate Attica.

Nam cum ante hos quatuor annos quaestio de auctore Rhesi ex officio mihi esset expedienda, facile intelligebam non ita tractatum esse hunc locum ab Hermanno, ut stare posset eius sententia. Quare subnatum est consilium Rhesi authenticæ defendendæ, nec deterruit me Grup-